

Syllabus contentorum.

1. Orientii Commonitorum fidelium, cum rotis Henr. Leonh. Schurzfleischii.
2. Christ. Gottfr. Stentzelii Liber de aurum blandimentis veris magis quam blandis.
3. Io. Abrab. Birnbaum de natura ac usu studii antiquitatum liber singularis.
4. Io. Christian. Fijcheri Selecta et rariora Latii purioris monumenta, ubi habentur a) Fred. Gotthilf Marschall dicti Greiff Panegyricus in obitum uxoris Sophiae Eliab. Schwarzenfelsiae. b) Io. Phil. Sieugia Progr. de uno sacerdotum genere feliciter. c) Eiusd. Progr. de hierarchia Romana. d) Christian. Gottl. Schwarzei Progr. in obitum Christian. Gotfr. Laur. Rinnii. e) Epistola quadam selectione virorum doctissimorum & Miser. erata. f) Varia poetica, ut a) Vlr. de Hulter Vir bonus. b) Eiusd. Obitus Nemo. v) Io. Alexand. Brasfiani Nau. Omnis. s) Eiusd. Elegia Majus in dolio. g) Io. Passeratii Nicol. v) Io. Henr. Aceri Carmina nonnulla. h) Io. Christian. Fijcheri Panegyricus in natalem Frederici III. principis heredis Saxonis Gothani. k) Ei. Oratio de concordia rationis et perspicua elegantiss. latina dictio. i) Ei. Commentatio de iudicio phrasum filii Romani vulgo neglecto. x) Inscrip.
5. Io. Henr. Schusteri Sheldon critico-philologiam, in quo genuina indoles linguarum IV. cardinalium, scilicet Germanicæ, Latinae, Graecæ ac Hebreæ, simulq. nœvi quidam in vulgaribus preceptis, nec non aliqua compendia doctrinæ adhibenda ostenduntur.
6. Georg. Christian. Hallbaueri Disj. de recta linguarum discendarum ratione.
7. Eiusd. Disj. de scriptura, eius origine, natura est variis modis, præcipue per litteras ex ore suis.
8. Christ. Gottl. Ioccheri Disj. de M. Antonii Triumviri Timonio.
9. Sigism. Frid. Dresigii Comentatio de correctoribz imperii Romani.
10. Io. Christian. Fijcheri Disj. de Hubertino clero Crescentinate, elegantiorum litterarum saeculi XV. in Italia instruatore.
11. Erhard. Reuchlui Disj. de bibliothecis Romanorum.
12. Mich. Lichtenbald Disj. de philothecis varioz. earundem usu et abuso.
13. Io. Henr. Martii Disj. de præcipuis iisdemq. antiquitribz litterarum statutoribz ac Mæcenatibz.
14. Sigism. Fritzschii Disj. de præcipuis iisdemq. recentioribz litterarum statutoribz ac Mæcenatibz.
15. Io. Gottlob Guttleri Comentatio de lectione monumentorum Grecorum Latinorumq. aromaticæ et eius in primis dignitate.
16. Sigism. Frid. Dresigii Animadversiones in Fabri thesaurum continuata.
17. Dan. Guili. Mollerii Disj. de S. Aurelio Vito.
18. Eiusd. Disj. de C. Fannio.
19. Io. Gottfr. Hauptmanni Disj. de Atticismo.
20. Io. Georg. Eccardi Censura diplomatica Carolini de scholis Osnabrugensis ecclesie Gracis et Latinis, ab obiectoriis Lodoc. therm. Nunninghi vindicata.
21. Sam. Florenti Ricini Disj. de progestoribz veteris ecclesie martyribz.
22. Gottlieb Wernsdorfii Disj. de constitutionum apostolicarum origine, contra Guili. Whistonum.
23. Io. Iust. Speer Disj. qua testimonio patrum V. primorum seculorum de Pauli apostoli itinere in Hispaniam confeito labefactantur.
24. Alexand. Politi Oratio de literarum Grecarum necessitate.
25. Adv. Stegeri Disj. de infulis sacre dignitatis insignibz.
26. Lac. Perizonii Disj. de rebus atque incrementis Prætoriorum.
27. Io. Frid. Weidleri Disj. de sacra mentalibz.
28. Io. Lac. Syrbii Sententia theologorum negotiatum de determinata futurorum contingentium veritate asserta.
29. Erb. Reuchlui Disj. de immutabili natura lege.
30. Io. Georg. Walchii Disj. de episcopate spirituali.
31. Eiusd. Disj. de variis theologian traditivis methodis.
32. — Historia transubstantiationis pontificia.
33. — Disj. de formulâ salutandi apostolicis.
34. Henr. Hilaingsii Disj. de methodo demonstrati mathematica, ad res theologicas non applicanda.
35. Frid. Lac. Tritthaberi Disj. de eodem argumento.

36. Io. Leon. Frisch *Origo characteris Sclavonici, vulgo dicti Cirulici.*
 37. Matthiae Nicol. Braunii *Diss. de dominatu pontificis Romani.*
 38. Christoph. Matthei Haffti Petrus Belius *Scepticus refutatus.*
 39. Georg. Henr. Ribouii *Diss. de controversiis eruditorum generatim consideratis.*
 40. Henr. de Bello *nous* *Meditationes rationales, quibus veritates quadam philosophice ab
erroribus sectatorum Wolfii Irenaei vindicantur.*
 41. Io. Dan. Herrschendii *Progr. de discrimine artis rhetorica et homiletica.*
 42. Io. Gottlob Stölze *de questione: an concubinatus sit tolerabilior polygamia?*
 43. Guili. Georg. Zeltneri *Schediagma de theologo sacerdotio.*
 44. Gottfr. Christoph. Claudiu. *Responsio ad vindicias Pilgerianas.*
 45. Corn. Dieter. Kochii *Progr. de Disputationibus nonnullis in ecclesia medii sui infelicitate,
nominatione de Felici Vigelitanu et Eliando Toleto pontifice.*
 46. Christian. Breithaupti *Progr. de natus Scholasticorum in metaphysica commissis.*
 47. Christian. Wolfii *Specimen physica ad theologiam naturalem applicata, sistens notionem
intellectus divini per opera natura illustratam.*
 48. Iul. Franc. Duve *Progr. de propositis ac fatalibus clericorum quorundam in politicis
rebus consilium.*
 49. Io. Frid. Wutherers *Diss. de aequilibrio affectuum in temperamento cholericico-melan-
cholico, in ordine ad religionem, munere curam et patientiam.*
 50. Gottlieb Sam. Dreueri *Diss. de compendiaria eruditione.*
 51. Aug. Mülleri *Diss. moralis de propedeumatibus.*
 52. Io. Iac. Mülleri *Diss. de sudorum enuntiationibus.*
 53. Ernest. Conradi *Diss. de cometis.*
 54. Christoph. Schreiberi *Diss. de cataclysmo Thuringiaco.*
 55. Georg. Goerzi *Diss. de baccalaureo.*
 56. Christian. Vogtuzens *Diss. de baccalaureo.*

Gummibd

Godofredus Ludouicus Krüger,
 Mukuykay, me sibi comparauit
 Lüdinb. d. 24. iul. 1742.

cf. 2. f. 8. gg;

4 Sle-
 Chri-
 tores
 Dvris.
 2) lo-
 ips.
) Ei.
 ilicet.
 pendia
 v. in
 primis
 obie-
 am con-
 adiecta.
 canda.

1.
2.
3.
4.

5.

6.

7.

8.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

21.

22.

23.

24.

25.

26.

27.

28.

29.

30.

31.

32.

33.

34.



53. 56.

I. N. J.
DISSERTATIO PHYSICA
DE
C O M E T I S

Quam.

SUB PRÆSIDIO

M. CHRISTOPHORI SCHREIBERI

Publicæ ventilationi

Sistit

JOHANNES ABRAHAMUS Schröder/
STARGARD. POM.

Add. 1. Febr. A. 1665, horis pomeridian.

H. Ldg. consuetus.

WITTEBERGÆ,

Typis FRIDERICI WILHELCMI FINCELII.

53.

LA
DISSEMINATIO PHYSICA
DE
COMETIS
Quintus
Secundus
W. CHRISTOPHERI SCHREIBERI
Fripicis Antiquiorum
Sixti
JOHANNES ABRAHAMUS EPHESI
Stariorum POM.
Vulgatisque Antiquorum
W. Christopheri
TITRISSIMI VITRINAE HINC ET

בָּרוּךְ

Præloquium.

Duo sunt, quæ Jehova primò omnium fecisse dicitur, Cœlum
nempe & Terra. Hæc penuarium illud fertilissimum est.
Hæc benigna illa mater quæ cuncta generat & singulis annis
multiplices edit fructus. Ex illa enim nascimur, ab illa vivimus, per illam
reficiemur, & in illam tandem redigimur universi. Nemo autem *Naturam*.
usq; eō tardus ac hæbes & demissus in terram est ait SENECA, ut ad divi- *Controvers;*
na non erigatur, ac tota mente confurgat. Utq; ubi novum aliquid ē cœlo lib.7.cap.1.
miraculum fulsit. Nam quam diu solita decurrunt, magnitudinem rerum
consuetudo subducit. Ita enim compositi sumus, ut nos quotidianæ, et se
admiratione digna sunt, transeant. Contra minimarum quoq; rerum,
si insolita prodierunt, spectaculum dulce fiat. Hic itaq; certus astrorum
quibus immensi corporis pulchritudo distinguitur, populum non convocat.
At cum aliquid ex more mutatum, omnium valitus in cœlo est. Sol spe-
ctorum, risicum deficit, non habet. Nemo observat lunam, nisi laboran-
tem. Tunc urbes concilant, tunc pro se quisq; vanâ superstitione trepidat.
Quanto illa majora sunt, quod sol totidem, (ut ita dicam) gradibus quo
dies habet & annum suo circuitu claudit: quod à solsticio suo statim inclinat,
& dat spatiū noctibus: quod sidera abscondit: quod terras, cum tanto
major sit illis, non urit, sed calorem suū intensionibus & remissionibus
temporando foveat: quod lunam nunquā implet nisi adversam sibi ac obstu-
rat. Hec tam non annotamus quam diu ordo servatur. Si quid turbatum est,
aut preter consuetudinem emicuit, spectamus, interrogamus, ostendimus.
Adeo naturale est magis nova quam magna admirari. Idē in cometis sit. Si
rarus & insolita figura ignis apparuit, nemo non scire quid sit? cupit, &
oblitus aliorum de adventio querit; Ignarus utrum debeat mirari an
timere? Verissimum omnino est quod SENECA habet: Trahuntur
magis homines rerum novitate, quam dignitate. Cometæ vero & a-
lia ejusmodi φαινεντia spectatu dignissima sunt. Contemplabimur i-
gitur admirandum hoc opus & novitate & dignitate rei allecti. Deus
nostris conatibus adsit!

THESES.

I. Cum juxta subtilissimum SCALIGERUM nominis evolutione
sapè deducamur in rei ipsius perceptionem, oportet & nos ante omnia
Cometæ nomen explicare. Et qvidem cometæ vocem alii origine
Graciam, alii Latinam esse volunt. Illis à νομέω, quod ornatio, nutrio, co-
mo

mo &c. significat, eam derivare placet. His verò, qvibus Latii in Græcia quærere minus est ad palatum, à *comæ* dicta est, cuius imaginem plerumq; repræsentat intuentibus. Undè & Græcè κρινίτης, Latinè *cri-*
nita, & juxta CICERONEM ac DIOGENEM concinnata ac *comata* stel-
la dicitur. PLINIUS libr. 2. Histor. Nat. c. 25, ubi plures cometarum species suis nominibus distinctas refert, *sidus terrificum* Cometæ appella-
t. Ita enim terrent homines cometæ, ut eos admirantur potius,
quam rimentur universi. *Crinita sidem Cometarum* AMMIAN. qvoq;
1.25. & 30. salutat. Hodie non crinitæ solum sed & *barba&stelle*, qvas
Græcè πονωνίας vocant, Cometæ dici consververunt.

II. Sed mislo nomine res ipsa nunc erit adeunda, & Cometarum natura ac quidditas indaganda. Ubi oppidò maxima se offert difficultas, qvà nulla in tota Physiologia major esse videtur. Diversissimæ enim de Cometarum quidditat inveniuntur cùm veterum tūm recentiorum Physicorum opiniones, è qvibus præcipuas ordine recensu-
se sufficiat. Et *prima* qvidem est PYTHAGORÆORUM Philoso-
phorum, qvi, ut ex ARISTOT. haud obscurè colligitur, & è PLUTAR-
CHO Clariss. LONGOMONTAN. refert, stellas faciunt cometas,
qvæ non perpetuò visuntur, sed statò tempore in orbem recurrente
aperiuntur. A qvibus parum dissident CHALDÆI, qvi Planetas & a-
lias insuper stellas esse sentiebant, qvæ aliquandiu qvidem lateant,
qvoniam longè à nobis sint remota, nonnunquam inferius delatae ap-
pareant ita re exigente. Et tum istas appellari cometas, ab iis imprimis,
qvi nesciunt hos qvoq; stellas esse: Evanscere autem videri cum
in suam regionem, ætheris nempè profundum, ut pisces in maris fun-
dum referantur. Qvæ sententia hodinum ex parte suos habet defen-
sores. Sunt enim, qvi contendunt insolitus hocce Φαινόμενον mundo
esse coæcum, & in summitate coeli semper qvidem existere, sicut innu-
meras adhuc stellas obscuras, in Via Lactea imprimis, latere nemo ne-
gaverit; sed propter nimiam distantiam minus videri, nisi descendat
magis, & in hominum veniat conspectum: Qvod tum maximè fieri
volunt, qvando ex illis supremis veluti nova, seu Cometa, appareat.
Enim verò minus probabilis nobis PYTHAGORÆ CHALDÆO-
RUMq; videtur opinio. Qvamvis enim cometas stellas esse haud ne-
gemos, minimè tamen è Planetarum vel aliarum stellarum ordinaria-
rum numero esse sumus persuasi. Et licet vel maximè insolita hæc
Φαινόμενa cum Planetis ac aliis stellis, qvæ usitato nomine *fixæ* appел-
lantur, qvandam habeant convenientiam, siqvidem in iis discernendis
visus

De Nov.
Phanom.
c. 2.

visus noster s^epius fallatur, nondum tamen plenaria eorundem cum hisce congruentia inde elici potest. Aliud enim statuere hic diversa cometarum lux diversusq; color svadet. Cum verò eorundem lux à reliquarum stellarum luce longè diversa sit, aliumq; ab iis omnibus colorem præbeant cometæ, concludi inde aliter nō potest, qvam qvod aliam qvoq; atq; diversam à ceteris stellis habeant essentiam. Ceterum an per naturam fieri possit, qvod stellæ istæ, qvas cometas esse volunt, mox descendere, mox rursum adscendere ad loca summa queant, est, de quo valdè dubitamus. Corpus enim ex alto ad loca inferiora delatum, motum requirit perpendiculararem, qvi tamen stellarum naturæ minimè convenire videtur. Eorum verò opinionem qvod concernit, qvi adhuc hodie statuunt cometas mundo esse coævos, & in Via Lactea præexistere, vel alio qvadam loco obscuro, certisq; tantum temporibus manifestari, non simpliciter rejiciendam esse putam⁹, si nempe ut creationem sic qvoq; manifestationem cometarum Deo acceptam referant. Qva de re infra prolixius disseremus.

III. Sed ad aliorum qvoq; opiniones progrediendum est. Et qvīdem de ANAXAGORA ac DEMOCRITO referunt statuisse eosdem, qvod cometæ nihil aliud sint, qvam duarum vel plurium stellarum inter se mutuò collustrantium concursus. Velut Philolophus recentet, οὐ φασι τὸν πλανητὸν εἰσέγων. Unde suam haussisse videntur opinionem, qvi Eclipses lunares mutuum stellarum quarundam inter se concussum & cum sole adspectum, qvalis est Solis & Mercurii conjunctio, oppositio, quadratura, aut aliùs sinister intuitus cometarū faciunt causas. Sed neq; huic sententiae accuratiores rerum Physicarū scrutatores calculum adjicere poterunt. Initio enim dubium valdè est, an in cœlo tales generationes fieri possint, cum cœlum omnesq; in cœlo stellæ corpora sint simplicia ac pura, qvæ cometis generandis materiam vix subministrare poterunt. Et qvamvis alii cum LONGOMONTANO ex via Lactea, qvam TYCHO reliquarium cœset lucis primigeniæ, materiam cometarum decerpant. Alii verò cum KEPLERO qvandam ætheris immunditiem agnoscant, ex qya generentur. Cometæ, velue adulcera qvædam cœlorum. Alii tandem effluvia ex Sole reliquisque stellis egredi opinentur, ex qvibus in unum globum compactis fiat cometa. Nescio tamen an ulla harum opinionum peccat veritatis avidum exsaturare queat. Initio enim contra illos pugnat cœli puritas & subtilitas, qvæ è celestimo stellarum motu patet. Planetæ enim in orbibus suis modò ascendunt, modò descendunt, id,

De Nov.
Phæn.c.s.
Epit.Astron.
l.i.p.55.5.6.
23. de Nov.
Stella in
Serpent.

quod fieri non posset, si cœlum crassæ ac duræ foret substantia. Post eas
destruit absurdorum varietas. Si enim cometa, quæ corpora vastissima
funt ex Galaxia, lucis primævæ reliquiis, conglobarentur, necessarij
aut vacuum esset concedendum, ibi nempè, ubi materia ista ablata,
aut partium cœli cùm rarefactio, tūm condensatio. Et illa quidem
propter successionem reliquæ partis ecclestis lucide in locum vacui.
Hæc verò propter arctiorem coagulationem lucis primævæ ad confi-
ciendam novam stellam. Neutrum verò in veritatis schola fidem me-
retur. Cœlum enim corpus simplicissimum est ac subtilissimum; adeo-
que partes ejus per rarefactionem dilatari vel per coagulationem con-
densari posse minus probabile videtur. Quæ in sententia porrò nos
confirmat, quod nec sensibus, nec elaboratissimis organis ex ejusmodi
conglobatione in reliqua Galaxiæ & cœli regione minor lucis copia
sit visa. Quamvis enim TYCHO scribat se in observatione stellæ An-
no 1572. hiatum quendam in Galaxia marginie ad quantitatem lunæ
semiplenæ animadvertisse, quem se ante vidisse nunquam asserit. Val-
dè tamen dubium est, ait Excel. NOTNAGEL. num olim ipse ante-
quam stella illa apparuit omnes singulæq; Galaxiæ partes tam accu-
rately & distinctè perlustrarit, hiatusq; tam exactam rationem habuerit.
Cum & ipse TYCHO non nisi præmissâ protestatione hæc scripserit,
quod conjecturalia solummodo & è probabili verè similitudine allata sint.
Si verò missâ Viâ Lacteâ ad effluvia cœlestia configere velimus, non
minor iè offeret difficultas. Positis enim in cœlo effluviis, quorum sanè
non exigua pars ad tantæ molis corpus complendum requireretur, nō
potest non celerrimus & vix sensibilis stellarum cursus retardari. Nec
video, quomodo Mathematicarum observationum certitudo am-
plius salvare possit, cum procul dubio iis quam maximè impuritates
istæ obessent. Sed quicquid sit de ista materia ad efficientem, sine qua
nulla generatio fieri potest, regredimur, quam infaustus Planetarum
adspexit &c: faciunt. Qvis autem non videt eos longè minores esse
ad tantum producendum effectum. Novam corporis Nat. speciem B.
Instit. Phys. SPERLING. inquit, nullus siderum adspexit, nulla conjunctio, nulla oppa-
siō dabit. Rectè Excell: NOTNAGEL. mirum est, ait, quod Planetis
tantam efficiendi vim tribuant, ut novam stellam producere evadant: Qua-
re non ipsis potius Planetis effectum Cometa tribuunt; Et sic natura brevio-
ri via procederet, nec nova sidera producere opus haberet, cum alias Pla-
netæ naturæ suæ in mundum inferiorem agere nati, novas autem produce-
re species ineptissint penitus? Sed argumentantur. Quæcumq;
cau-

causa mutata mutatus sequitur effectus, illa est vera causa. At
mutatio Planetarum adspectibus mutata sequuntur effectus scilicet Cometæ.
E. In quo discursu videretur presupponi, quod Planetarum adspectus
sint Cometarum causæ, quod tamen *tytane* non est, & non dicitur ebor.
Prius ergo erit probandum, quod cometarum causa sint aspectus Pla-
netarum, & tum deum disquidendum an sint causa vera, principalis,
solitaria & totalis? Quod tamen fieri vix poterit. Etsi enim plurima
possint dari cometarum exempla, ubi hujus generis configurationes
fuerunt observatae, minus tamen firmiter inde concluditur: Ergo isti
Planetarum adspectus *causam* hujus sunt causæ. Si enim vera cau-
sa fuerint, quare non semper iisdem postis ponuntur cometæ? Pla-
cent verba Nobiliss. TYCHONIS, qui hac de re sequentem in modū
dixerit: Si tam leví occasione, ait, tamq. sè pere reduntibus causis, imò his
longè valentioribus, nova prodire possunt sidera, sive Cometæ, mirum potius
esse debet, quod non quotannis talia illucescant, quam quod rarius cernantur.
Quid enim Eclipses lunares, quantacunq. tandem, quid oppositio Jo-
vis vel Martis, aut Martis & Saturni hue faciant dum crebro tales Syzgia
eveniant, nec per se apud Astrologos magni sint ponderis, præsentim que ad
effectum tam rurum tamq. admirationis plenum, hinc derivandum. Pra-
eterea haud immerito ex iis quælibet quis, quare Astrologorum nemo ha-
bitenus potuerit Cometam prædicere, licet exactè Planetarum adspectus ba-
buerit cognitos? Regerent quidem & rursus ex nobis quærent, quare
nemo Iridem prædicere queat, de cuius tamen causa omnes sumus certi? At
quis non intelligit disparitatem causæ & exemplorum: Videlicet Iris
quomodo fiat? Ita B. noster SPERLING. explicat: In guttulas resolu-
tur nubes: Radii solares aut lunares guttulas illas illustrant. Ut silicidia Inslit. Phys.
singula fulgida quædam sint specula. Illustratae guttulae nunc fulgorem nunc
umbram referunt, & radii fracti ac refracti mimbrem illam Iridis varia-
tem efficiunt. Ethic modus rei in genere est. In specie vero, inquit,
nunquam integer circulus, sed aut semicirculus tantum, aut arcus semicir-
culo minor apparet ob medium oculi inter corpora illa illuminosa & Iridem
situm &c. E. quibus jam patet vera Iridis causa esse: nubis in guttulas
resolutionem, guttularum à radiis solaribus illuminationem &c. Postis hi-
scé semper datur effectus. Quando autem & qvo tempore causa hæ
præstò fuerint, nullus Astrologorum novit. Et hæc causa est, quare ne-
mo Iridem præsigere possit. Qum vero adspectus Planetarum præ-
norint Astrohomini, adhuc manet quæstio, quare Cometæ prædicere
nequeant:

IV. Tertio succedit opinio, qua ex PLUTARCHI recensione est
ARI-

ARISTOTELIS. Hic nempe postqva ANAXAGORÆ, DEMOCRITI,
PYTHAGORÆ, HIPPOCRATIS aliorumque opiniones rejecerat, sua
proponit sententiam, qvod Cometæ sint ignita Meteora, diurna, in
suprema aëris regione genita ex halitu pingvi & viscoso, qui ex se vel
in omnes, vel in aliquas partes radios mittit, comamque aut barbam
spargit, ac certæ alicujus stellæ dominio subjicitur. Ita ergo qvatuor
causas explicat ordine. *Causam efficientem* dicit esse calorem supremæ
regionis aëris & cœlestium siderum. *Materiam* exhalationem pingvæ,
siccum & calidam eamque, copiosam, qvæ non simul & semel colliga-
tur, aut citò deflagret, sed augeatnr subindè & continuetur novâ habi-
tuum accessione. Idque propertea, qvod cometæ diu serpient conspiciantur.
Formam substantialem & specificam eandem cum Elementorum
formis esse putati: *Accidentalem* verò in inflammatione confistere. *Finē*
denique prænunciare calamitates, famem, pestem ac bella. Qvæ senten-
tia cum non paucos post ARISTOTELEM invenerit basatores, uberi-
us erit examinanda. Et qvidem (1) falsitatis eam arguit *cometarum*
quantitas. Corpus quippe cometarum ut plurimum terreno majus est.
Ut adeò impossibile videatur tantam ex terra habituum copiam elici
posse, qvæ ad producendum cometam sufficiat. (2) *Observatio Mathe-
matica*, quod Parallaxis cometarum Lunari semper minor sit, non
nunquam planè nulla, aut certè insensibilis. Unde sequitur cometam
Lunæ semper altiorem esse. Qzò enim Parallaxis alicujus Phænomeni
minor est, èd altius est ipsum Phænomenon. TYCHO BRAHE hac de re
sichabets: *In eo qvod Thaddeus illi concedit cometas in ethere generari*
posse omnino illi suffragor. Nam & in aliquot postmodum vissis id ita se ba-
buisse sequentibus libris luculenter demonstro, adeoque in illustri illo anno
1577. conspecto, quem ipse THADDAEUS ab initio inter Elementaria repō-
nere non dubitavì; Licet postea re omni melius perfacta sententiam mu-
tarit debitoque suo loco cœlesti mundo adsciriatur. Sed quod is etiam qvos-
dam cometas infra Lunam generari admittit, nullatenus illi adsentior. O-
mnes enim, qui revera cometas sunt (nam de Phæbus & ignitis meteoris nō
loquor) omnino supra Lunam in ethere mundi regione procreari nullum est
dubium. (3) *Cometarum conspectus*, qvippe non ex hoc vel isto tantum
terræ tractu, sed ex universo Horizonte conspicuntur & sic meteorum
neutrique esse possunt. (4) *Motus*, qvo de B. SPERLING. inquit:
Quis credat cometam per sex aut septem annos, imò per integrum annum in
Elementari regione per novæ materie jugiter accensæ successionem tam re-
gulari & constanter motu moveri? Si quid observatum nonnunquam in
aëre,

aëre, non protinus Cometa fuit, cum pluvi dentur Phænomena. Et TYCHO
de cometa Aeno 1577. ait: Qui seripotent, si cometa in Elementari re-
gione flagrans, aliquodigneum meteorum, prout dicit Peripatetici, extin-
tis est, ut tam regulari ac constanti ductu portionem circuli maximi, Sphæ-
ram in duo aequalia differtentis exactissimè designisset? Consentaneum e-
nimenat vagabundo & irregulam motu erroncum descripsisse ductum, sive
quo materia ipsa pabulum quarens affectaret, sive quo violenter vel visi-
derum aut ventorum impelleretur, in quorum neutro regularem & unifor-
mem ductum circuli in Sphera maximi, ubiq; Toto durationis tempore
retinere potuerunt. (5) Duratio, quæ de SENECA: Omne quod, ait, causa Natur.
temporis accedit, citò intercidit: Sic faces ardent dum transiunt. sic ful- Quest. 1. 7.
mina in unum valent istum: Sic quæ transverse dicuntur stelle prætervo- c. 23.
lant & secant aëra. Hi autem aliquid agunt & vadunt & tenorem suum
servant paresq; sunt. Nam alternis diebus majores minoresve fierent, si
ignis esset collectius, & ex aliqua causa repentinus. Minor enim esset ac
major prout plenius aleretur, aut malignus. Diebam modò nihil diu-
turnum esse, quod ex ars aëris virtus, nunc amplius adjicio: Moniti ac stare
nullo modo potest. Nam & fax & fulmen & stella transcurrens & quis-
quis alius est ignis aëre expressus, in fugae est nec appetet nisi cum cadit. Co-
mem habet sua & sedem, & ideo non citò expellitur sed emetitur spatiū su-
um, nec extinguitur sed excedit. E quibus omnibus sequentia cont:
Peripatetici fluunt argumenta. Primò: Nullum Meteorum est in coe-
lo. Meteora enim sunt effluviorum impressiones & affectiones. Ef-
fluvia autem è mixtis corporibus fluunt propter impuritatem. Quæ
negatā negantur effluvia, negantur Meteora: Cometæ vero sunt in
cœlo, E. non sunt meteora. Secundò: Nullum meteorum regulari
& constanti moverunt motu: Cometa moventur regulari & constanti
motu. E. Tertiò: Qvæcunq; aëter creat, brevia sunt, nascuntur in re
fugaci & mutabili. Nam quomodo, ait SENECA, potest in aëre aliiquid l.c. cap. 22.
idem dici permanere, cum ipse aër nunquam idem permaneat? Fluit semper
& brevia illi quies est: Ita exiguum momentum in alium quam in quo fue-
rat statum vertitur. Nunc pluvius, nunc serenus, nunc inter utrumq; varius.
Fieri non potest, ut ignis certus in corpore vago sedeat, & ita pertinaciter
bereat. Subsumo: Cometæ non sunt breves, non facile intercidunt,
sed aliquot menses conspici possunt: ergo non creantur vel forman-
tur in aere.

V. Peripateticos reliquamus & aliorum opiniones persequa-
mur.

mur. Ubi oppido se nobis offert HERACLITUS Portiens, qvi Co-
metam dicebat esse nubem sublimem à sublimi illustratam luce. Si-
milem causam afferbat pogoniarum seu barbararum trahium, co-
lumnarum & similium. Verum qvò minus subscribamus huic senten-
tiae ante adducta svadet ratio. Videlicet & nubes Meteorum est.
Meteora autem in cœlo nulla sunt. Cometa ergo nubes esse
nequit.

VI. Sed nec QUINTO eorum prætereunda est opinio, qvi Co-
metam pro particula qvadam aëris habent, qvæ ab aëre terè proximo
per tempestates sit avulsa & in altum delata, à solis verò radiis non a-
liter qvam nubes solent, illustratur, & proper annuam terra revolu-
tionem, velut ipsi loquuntur, lationem, nostis oculis objiciatur. Atq;
hæc sententia eruditissimis etiam viris, qvi non parum in observationi-
bus celestibus sibi tribuunt, placere intelligitur. Enim verò à præ-
conceptis opinionibus liber nîl facile, qvod pace aliorum dixerim,
sententia huic tribuet. Peream enim adhuc Cometæ in aërea qva-
dam regione sub æthere manent. Ast post tot accuratissimas
Mathematicorum observationes, ea tandem animis eruditis insedit
sententia, Cometas in æthere & cœlo, qvod vocant Planetario, esse. In
qvam rem supra dicta notentur.

VII. Nos examinatis, vel recentis potius, aliorum cùm Veter-
um, tūm recentiorum Physicorum opinionibus denuò adjicimus
nostram, dicimusq; cum Nobilissimo TYCHONE, CRUGERO,
SPERLINGIO, NOYNAGELIO, HELWIGIO, alisq;ve cum Physi-
cis tum Mathematicis Clarissimis: Cometas esse stellas ex singulari Dei
consilio ad certum tempus conspicuas ex midiorum solarium transparentia
lucentes, in regione Planetarum mobiles & habitudinem ac distantiam à
ceteris stellis insigniter mutantæ. Qvæ definitio absolvitur generè &
differentiâ. Generis locum explent stellæ, qvæ in duplice sunt diffe-
rentia: Erraticæ & Fixæ, & utrèq; denuò vel ordinariæ sive perpetuæ,
vel extraordinarie seu temporarie. Nostra mens est Cometas stellas
esse, sed erraticas & extraordinarias. Evidem funt, qui ad stellas
eos neutiquam referendos esse pluribus probare conantur argumen-
tis, qvorum aliquot à B. SPERLINGIO congeta huic transcribemus.
Argumentantur I. O. stella certis appareat temporibus. Cometæ non
apparent certis temporibus. E. non sunt stellæ. II. O. stella est glo-
bosa: Cometæ non sunt globosi, sed vel comati vel barbati. E. non
sunt

Exercit.
Phys. l. 3.
exercit. 4.
Proposit. 4.

Sunt stellæ. III. O. stella certum & regularem motum habet: Cometae certum ac regularem motum non habent: E. non sunt stellæ. IV. O. stella est pars cœli: Cometa non est pars cœli: E. non est stella. V. N. stella occupat tertiam cœli partem: Cometa occupat tertiam cœli partem. E. non est stella. Minorem probant autoritate Philosophi, quem scribunt vidisse, qui tertiam cœli occupaverit partem. VI. N. stella augetur, minuitur & absumentur. Cometa verò augmentur minnuuntur & absumentur. E. non sunt stellæ. Minor probatur, quia observatum est cometas primum exiguos esse visos, deinde verò absumentos paulatim crevisse, rursus crevisse donec perierint. VII. Q. Phænomenon neq; ad fixas, neq; ad erraticas stellas spectat, illud stella non est: Cometa neq; ad fixas, neq; ad erraticas stellas spectat. E. stella non est. Verum longè minorā hæc sunt, quam quod nos, à vera sententia dimovere queant. Ad (1) & (2) Resp. *Disting. inter stellas ordinarias & extraordinarias.* De illis quidem verum est, quod certis & statis temporibus apparent, quodq; sint globosæ. Sed quid hæc contra Cometam, qui extraordinaria stella est? Ad (3) Resp. falsam esse Minorem, quod sc. cometæ regulari destituantur motu. *Sideris proprium est*, ait SENECA, *ducere orbem; at qui hoc an Cometa ali secerint necio, duo nostra aetate fecere.* Ad (4) Resp. Falsam esse Majorem, quod nempè stellæ sint partes cœli. Sunt quidem stellæ in cœlo, sed non de cœlo. Ad (5) Resp. Minorem & hic falsam esse. Quale enim quantumq; hoc foret meteorum quod tertiam cœli occuparet partem? Ad (6) Resp. Dist. inter id, quod augeri &c. videtur, & quod revera ita se habet. Videntur quidem cometæ minui & consumi (augeri tamen nunquam, cum pleno lumine se statim ostendant, ut experientia comprobat.) Sed verè non minuuntur, aut consumuntur. Quod verò minores sub finem conspiciantur, inde sit, quia quotidie altius elevantur, donec planè visui nostro subtrahuntur de quo paulò post plura. Ad (7) tandem Resp. Minorem negando, E. præcedentibus enim constat cometæ referendum esse ad stellas erraticas extraordinarias. Manet proinde sententia nostra, quod omnino cometæ sint stellæ.

LIX. Misso Genere *Differentiam* contemplabimus, quæ nobis sicut Cometarum efficientem, finem tempus, figuram, locum & motū. *Causa efficiens* est DEUS GLORIOSUS, cui soli ut creationem Cometarum non minus, quam aliarum stellarum vendicamus, sic quoque

eorundem manifestationem transcribimus. Cum enim neq; Elementari, neq; aliâ qvadam occulta ac cœlesti generatione, neq; aliò qvadam modò naturali fieri cometas supra probaverimus: Ideò necessariò ad aliam qvandam causam recurrentem esse nobis videtur, qvæ naturæ limites transcendat & evagetur. Novimus quidem qvod Philosophi alias non sit temerè ad causam supernaturalem recurrere, qvod tum imprimis valet, qvando alia causa præsto sunt: qvia tamen ea est Cometarum conditio, ut nisi apertam naturæ vim importare velimus, causam aliam præter supernaturalem dare haud queamus. Agnoscit nec ipsum Cl. LONGOMONTANUS: Principiò, inquit, in efficiēte, novorum phænomenorum cœlestium, qvæ ordine causarum prima occurrit, nibil certè aberrabimus, quando ipsam ad Deum omnium rerum creatorem ac Dominum devolvimus: Precipue cum naturæ leges hæc nova & subitanea cœlestium generatio excedere videatur, qvippè qvæ nullum certum nature cursum aut temporis in ea periodum & repetitionem obseruat atq; metitur: Adeò ut hic & ubiq; habeat locum illud Psalm. CXV, 5. Deus noster in cœlo est, qvodcunq; voluit fecit. Item Ps. CXXXVI, 6. Qui quid placet sibi Jehova facit in cœlis ac in terra per maria & omnes abyssos.

IX. Non autem frustra Deus jubet prodire Cometam, sed certi peculiarisq; finis ergo. Est autem finis Cometarum duplex, universalis nempe & particularis. Ille rursus vel absolute talis est, vel respectivè. Absolutè universalis Cometarum finis est GLORIA DEI. Omnia enim ad gloriam Dei. Omnia propter unum hoc ens sunt, qvod non est propter aliud præter se. Respectivè universalis quis sit? disceptant inter se autores. Inveterata plerorumq; opinio, qvam ab initio statim, qvò primùm Cometa vissi sunt, viguisse legimus, hæc est, Cometas nil boni significare. Οὐδεὶς κομήτης ὅσιος & ναύαρι Θεοῖς, communis erat Græcorum versiculus, cuise magis quam ARISTOTELI tribuere Cl. LIPSIUS scribit. Græcos hac in parte secuti sunt Latini. Ita enim CICERO: Ab ultima, inquit, antiquitatib; memoriam notatum est, cometas semper calamitatum prænuncios esse. Ita TIBULLUS:

belli mala signa Cometes.

LUCANUS I, l. Ignota obscure viderunt sidera noctes
Ardentemq; Polum flammis cœlog; volantes.
Obligas per inane faces crimenq; timendi
Sideris & terris mutantem regnq; Cometem.

VALER.

A Jove fatales ad regna injusta Cometae

Imò in Deorum numerum Cometam retulisse Romanos Romæq; in templo superstitione coluisse DUDITIUS testatur; Qvam superstitionem et si merito Ethnicis lingvamus, non possumus tamen, illico iis subscribere, qvi nimis leviter de stupendo hoc miraculo sentiunt, & nō modo dubitant Cometas qvicquam significare mali, sed bonam potius fortunam indigitar afferunt. In qua sententia fuerunt THOMAS ERASTUS Medicus superiori seculo Clariss. Subtiliss. SCALIGER. ANDREAS DUDITHUS trium Imperatorum FERDINANDI I. MAXIMILIANI II. & RUDOLPHI II. Consiliarius & orator primarius, vir in omni scientiarum genere versatissimus, & ex parte ELIAS MAJOR, qvi superioribus hujus seculi annis ERASTIUS & DUDITHUS commentariolos de Cometarum significatione recudi curavit, suumq; de Cometis *περὶ γόργον* adjecit. Due a. sunt, qvibus de Cometarum significatione. Sententiam corroborare nostramq; destruere conantur. Videlicet I. inqvint, multas clades esse visas, ubi nunquam Cometæ apparuerint. Et contra multos cometas, qvos nulla ungvam, subsecuta sit mortalium pernicies. *Qpis*, inquit DUDITHUS, motus fuit vel major vel memorib; qvod bellum deriuus illo qvod paucis abbinc annis in Hungaria gestum est? cum SOLYMANNUS Ottomannorum Regum potentissimus qvirgentis hominum millibus Pannoniam complevisse? Munitissima illa non solum barum regionum, sed universi etiam Christiani orbis propugnacula, Julia & Zigelham capta & excisa sunt &c. pone tibi ante oculos quæcumque fuerit per Germaniam, Galliam, Italiam, alias Provincias armorum hominum concursatio &c. Hos tamen tantos tumultus, hos tantos motus, hoc tam memorabile bellum, tam magnas illas strages Exercit. 79. & vastitatem, ipsam deniq; formidoloso Christianis populi Tyranni mortem, quis rerum humanarum bellorum item & vita necise Regum dispergator, autor & prænuncius Cometes portendit? Mortuum est non multò post Cypris eversor ac Triumphantor Solymanni filius & successor. Mortuum item Sigismundus Augustus, Sarmatarum Rex potentissimus cum uxore Catharina Austriaca lectissima Regina, Divus Ferdinandus, Casar, plurimiq; alii Principes in Europa & alibi latentibus, nec tamen unquam apparentibus Cometis. Hactenus ille. SCALIGER verò existimare, inquit, à Cometa Regem interfici ridicula dementia est: tantò magis everti provinciam. Multi sunt à nobis Cometae vissi, quas nulla ungvam in tota europa sub-

subsecuta est mortalium pernities. Et multi Clariſ. viri fato ſuo funditi sunt. Multi eversi Principatus, pellundata familiæ illucrissimæ, ſine ullo Cometæ inditio. ERASTUS duos annos 1556. & 1558. quibus Cometæ fulferunt maximè ſalubres fuſſe commemorat in peculiari quodam de cometis tractatu. Et hoc primum eſt, qvod urgent. II. dicunt: Imposſibile eſſe qvod Cometæ tot tantaq; mala, qva illis vulgo adſcribi ſolent, queant efficeri. *Tenenda nobis hic eſt regula certissima*, ait ERASTUS, *non quicquid post aliud sequitur, ab eo, qvod preceſſit, efficitur.* Sed nec ſignificare poſſe idem aſſerit ERATUS. Cum enim inquit, *ſit naturale corpus ſupra naturam nil indicare potest, niſi à ſubſtantia intelligentiæ ad id deſinata cogiterur.* Et paulo ante ſcribit: *Si Cometæ affirmentur ſupra dictorum aliquod ſignificare, omnino neceſſarium eſt, at cum eo connexiōne eandem habeant, qvam ſignum cum re ſignata, quod tamen affirmani de iis nequit.*

X. Hac iſta ſunt tela, qvibus nos petunt adverſarii. Ubi mi-
randum merito, qvod cum omnibus ferè terrarum incolis terrorem
incuſſerint haec tenus inſolita hæc cœli Phænoſena, ſoli illi relictū
ſint, qvi præ alii Cometas tantum bona ominari dixerint. Verum
cum ſinguli ex ARISTOTELE Cometas nil niſi Meteora qvædam i-
gnita in aëre apparentia eſſe ſtuuant, ſalvis ſuis hypothefiis vix ali-
ter ſentire potuerunt. Tum enim omnino nulla eſt connexiō ſigni-
cum re ſignata. Si verò miſſā hæc hypothēſi ad DEUM facethaſce re-
feramus; qvod omnino fieri debet, illicid ad ſignificandum tam inſig-
nem aſſeſtum ſufficientia hæc ſidera. Exempla autem
qibz probare conantur viri citati, multas accidiſſe clades, multos
deceſſiſe Reges, aliaq; innumera penè contigisse mala, ubi nulli appa-
ruerint Cometæ, proſuſ noſtræ ſententiæ non obelle putamus. Qvis
enim ſcripſit aut dixit unq; omnes vel memorabiliores, tantum,
qva in universo fiunt mundo, calamitates caſuſque tragicos à
Cometiſ ſemper prænunciari? Solius DEI hoc opus eſt, qui
non uno ſemper eodemque modo nobiscum agit, ſed in annun-
ciandi præſertim poenit., pro paterna voluntate ac impereſcrutabi-
li judicio ſuo mille modis variat. Sufficit, quod nunquam
impunè aut fruſtra apparuerit Cometa. Quanta enim hominum ſtra-
ges, quanti q; tumultus inſecuti ſunt Cometam Anno 1618. omnes ad-
huc Germaniæ perſentifcunt incola. Nec minores ferè Russia, Po-
lonia, Litvania, aliaq; Regiones ſinitimæ paucis retro annis ex pertæ
funt

sunt motus & clades, quas significasse Comitetam Anno 1652. nullum apud nos est dubium. Et quid dicam de Cometa, qui Anno 1661. apparuit? Hunc terrificum illud Turcarum bellum cum Christianis hactenus in Pannonia gestum, notasse, nemo facile negabit, impri- mis, quod bellum illud eō, quō Cometa videbatur tempore, nemine nostrum de isto cogitante, non alia ratione, quam subsequentibus annis experti sumus, à Clarissimis quibusdam Astrologis prædictum sit & prænunciatum.

XI. Ridiculum autem imprimis videtur, quod ERASTUS signifi- cationem mali propterea denegat, quia bini anni 1556. & 1558. quibus apparuerunt cometæ, talibres fuerunt ac prosperi, quasi verò cō ita- tim, quōd apparent anno, malūm sequi debeat; vel omnibus etiam lo- cis ē quibus videntur, infortunium imminere. Taceo quod falsum quoq; sit iis annis planè nullum accidisse casum Tragicum. KEPLE- RUS enim istis turbas inter Reges Hispania & Gallia inq; Livonia per Teutonicos & dissidia occulta inter Ferdinandum & Carolum Fra- trem adscribit. Sic pro manifesto habetur, Cometam qui Anno 1558. in Augusto vitus est, Caroli V. obitum, qui 21. Septembr. ejusdem an- anni contigit, prænunciasse.

XII. Dum verò tantum Cometis tribuimus, mens nostra non est Cometa esse causas naturales tantorum malorum, eademq; efficere posse. Quis enim bellum illud Europæum, quod à Cometa Anno 1618. indicatum est, ab unico isto effectum ac continuatum esse dixerit? Sanè effectus iste tantus fuit, qui nec cū cæterarum stellarum operationiauſ, neq; cum Cometa ipso, si pro causa ponatur propria, proportionem habuerit ullam. Non ergo causa, sed signum tantum est Cometa, cum omnino verum, quod ERASTUS inquit. Non quicquid ad illud sequitur, ab eo, quod processit, efficitur.

XIII. Sed missò fine ad *tempus* Cometerum progredimur, quod duplex est, creationis sc. & apparitionis. Hoc respectu providentia divinæ certum est & determinatum: Respectu ipsius cometæ autem jā longius, jam brevius. Illud non omnes eodem explicant modo. Alii n. putant cometas tūm demū fieri & à Deo creari, quandò apparere solent. Quæ sententia malè ex eo, à quibus improbatur, fundamen- to, quod Deus à creationis opere cessasse in Scripturis dicatur. Si e- nim hoc ita simpliciter intelligi debet, ubi manebunt miracula? Ubi insoliti eventus alii? quorum tamen efficiens præter DEUM da- ri

ri nullatenus potest. Qvare jam dicimus verè qvidem Deum
à creatione specierum nondum integrantium qvievisse, potesta-
tem tamen sibi non ademissę nova planè inusitata & extraordina-
ria faciendi. Alii qvamvis lubenter concedant Deum posse mira-
culosos effectus hodiernum producere, putant tamen tempus existen-
tiæ cometarum idem cum tempore reliqvarum stellarum omnium
esse, diem nempe I. Hexaemeri quartum, & sic volunt Cometasjam
dum in celo præexistere & certo tantum tempore manifestari. Fun-
damentum eorum est, qvod Cometæ non deflagrent aut pereant, ut
vulgò creditur, sed se tantum abscondant, eò usq; nempe adscenden-
do, ut propter nimiam distantiam à nobis amplius videri nequeant, si-
cuti jdcirca Cometam A. 1618. 1652. & 1652. accuratissimè est observa-
tum, nec alia est ratio istius, qvem præsenti videmus tempore. Qvo
minor enim appetet, eò magis ascendisse deprehenditur. Idem etiam
Nobil. TYCHO de stella fixa A. 1552. testatur. Qyā de re quid sentien-
dum, futura tempora nos facient certiores

XIV. *Locus Cometarum* qvamdiu nobis videndi exhibentur,
est regio Planetarum. Unde SENECA: *Cometas stellis immixtos vi-
demus per superiora labentes.* *Figura*, quam præbet transparentia ra-
diorum solarium, jam major, jam minor est, pro majori ac minori
densitate ac raritate substantiæ. *Motus* est vel primus s. communis
ab ortu in occasum: vel secundus s. proprius, isq; ut plurimum à
meridie in septentriorem. Sed tantum!

SOLI DEO GLORIA.



AB 154893

AB: 154893

ULB Halle
003 313 859


3



St

V017

Mitcellanea
logica



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Inches

Farbkarte #13



53.

16

I. N. J.

DISSERTATIO PHYSICA

DE

COMETIS

Quam

SUB PRÆSIDIO

M. CHRISTOPHORI SCHREIBERI

Publicæ ventilationi

Sistit

JOHANNES ABRAHAMUS Schröder/

STARGARD. POM.

Add. i. Febr. A. 1665, horis pomeridian.

H. Lg^o consuetis.

WITTEBERGÆ,
Typis FRIDERICI WILHELMII FINCELII.

53.